

y. 22.

Necesse est, ut sciat sum primum, qui querat lucrum

Plaut. Nitor evanescit virtus cum mundi commodis.

Non quaritur Christi, sed si mutatur quærit.

Qui phantasia amorem Dei concupiscit, difficultate abnegationis recedit.

Greg. Repere se vult, qui sua non despiciat.

Quid ergo ille, qui satagebat perfectionis? Cum audisset verbum, abiit tristis. In hoc eventu ad vivum exprimuntur ecclesie Militantis status, fidelium scilicet, & Religiosorum. Condicio universalis per debitam observacionem præceptorum decalogi, & singularis per voluntariam supererogacionem operum perfectionis, seu consilij. Spiritus huius adolescentis quærebat bonum, sed renuens omne molestum: cum necesse sit, ut inquit vel Plautus in *Asinar.* Act. 1. Scen. 3. v. 65.

Facere sumptum, qui querit lucrum. Spiritum habebat, sed delicatum; delicatam in spiritus cupidiosum. Sequi desiderabat perfectionem, & propriam commoditatem; spirituales perfectionis delicias sine paupertate, seu divitiis cælestes cum divitijs faculi. Hic non est virtus, sed dolus: quippe quam nitor evanescit virtus cum mundi commodis; & miserrime seipsum fallit, qui mundum habet, dum despicit. Dissorte, etiam diligenter properat, qui a tramite deviat.

16 Sequi cupiebat, quin minimam temporalem commoditatem omittetet, ut mundum & celum pariter complexos haberet. Illi spiritus? Sanè diabolicus. Si in via recta venularum virtutum spiritus agnoscitur per metam actionum; adolescens non quærebat Christum, sed fe quærebat, dum quære simulabat: alias semitam contendo perfectionis, nequaquam abierit tristis. Cognoscuntur spiritus, cum ceperint subtrahi ea, quæ cupiunt consequi perfectionis velamine, ut patet in adolescente. Perfectionem in commodum concupivit: & detecto velamine statim tristis recessit. Quicunque videt deliberacionem ita heroicam in adolescente, & valde divite, cum observancia totius legis vel ab ipsa inventure; non plauderet spiritum sequendi virtutem, & validos impulsus in perfectionem? Plauderet, sed in vanum; quia ille spiritus non habebat spiritum, habebat impulsum omnino invalidum, quoniam se sequi conabatur, sequendo Christum.

Opus erat abnegacione propria, qua obtinetur perfecte virtus perfecta: & expulso nodo difficultatis & implicacionis, fervidus adolescens recessit tristis. Perperam se relinquere, ut gauderet abunde optata vita, qui volebat relinquere sua: quod quidem, ut ait Gregor. Magn. Homil. 72. in *Buang.* non ita laboriosum, sicut relinquere semetipsum: ac impossibile esset, ut despiceret propria desideria voluntatis; qui ad despectum divitiarum abiit merens. Reliquit quam probaverat scholam, & cælestem

Magistri bonitate doctrinam. Magister, & discipulus qui fieri volebat, explicavere vota: adolescens sequendi Christum: Christus ut sua & se relinqueret, & sequeretur: sed minime convenit; quoniam discipulus a seipso foveendus, volebat facere voluntatem Dei, sed quod Deus eius faceret voluntatem.

17 Horum spirituum embolium rideatur in desiderijs cordis filiorum Israël. *Fac nobis Deos, qui nos præcedat*, dixerunt Aaroni. Sequi volumus, præcedat Dñs. Ecce hypocritis magna, & virtutis ornatu palla fiata, idololatris cordis, ac blandimen voluptatis, quasi ita devoti essent divino nutui, fugientes a lege; ut præter Dei voluntatem, minime auderent movere nec pedem. *Fac nobis Deos*, ut sequamur præcedentes. *Deos?* Quot sunt? *Deos.* Aptè dicant, spiritus exponentes propensionem: Deum habebant propriam voluntatem; & Deos efflagitant præcedere sic; quia Deum sequentes, etiam volunt sequi se.

18 Deos Israël vult: nequaquam ut adoret, sed ut imperet. *Fac nobis Deos.* Iam habebant Deum, & miribeam: de quo ergo, novo furore satagunt? Aliam Deitatem quærebat iuxta propriam conditionem. Deum, quem amplecti conabantur, non intendebant verum; sed Deitaris idolum, quod fecerant quasi Deum verum. Deus verus insisterat sui sequi decreta voluntatis, expressit persequi in ferendis præceptis: sed illi delictis & libertate deliri, possessi a demone, volebant Deum cuius voluntas fieret, sed qui illorum voluntatem vel furentium faceret. Deum quærebat ad manum, & iuxta genium; cuius voluntas fieret, si fieret: fecus autem indulgeret. Deum, ut truncum, qui ab illis innocuus non moveretur: qui habere solamquod nomen, & illi regimen. Deum in quem nulla esset dilectio, sed duntaxat politica agendi ratio.

19 Perpende: *Fac nobis Deos.* Nobis huiusmodi conditio signat spiritum in suis exercitijs pravum. *Nobis.* Apparet sanè, Deum ab illis esse constitutum, scilicet acceptorem personarum. *Nobis*, quasi Deus non esset cæteris. *Nobis.* Querunt singularitatem? Pessumdabunt dilectionem, *Nobis* tantum: ideo fecimus. *Nobis gratia*, nobis auspicijs aliter illum exaltabimus Deum. Deus nobis factus, ut factus a nobis: & ita factus, ut nihil ultra faciat, nisi que volumus. O insensati! Quis vos fascinavit? Excogitata Deitas? Propria voluntas. Ut placeatis, sitis immemores vestri: nunciu ergo mitrite voluntati. Quæ Dij vocant eundum. Unde Senec.

Exod. 32. 1.

Propria voluntas habetur ut Deus.

Et quæritur Deus, ut illam sequatur.

Sibi tantam veniam cupit, & scit.

Senec.

Epist. 11.

Perf.

And. Alciat.

Greg.

Ovid.

Pronubus est oculorum iactus.

Forma ex luxuria scintilla.

Accendit & ardet.

Ibid.

Plol. 72.

Awant amant.

Eccl. 25. 28.

dicit: Nisi ad regulam, prava non corriges & voluntas propria non est regula, quia nemo iustus arbiter in sua causa.

Quem te Deus esse. Insistit & humana qua parte locatus es in re, Dissce.

Cecinit Persius Satyr. 3. v. 71. & And. Alciatus Emblem. 8.

Omnes in trivio sumus, atque hoc tramite vita. Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.

DIDASCALIA VIII.

Intueri non decet, qua non licet concupiscere.

Monet Gregorius Magntis lib. 21. Moral. cap. 3. Levis iactus oculorum sape origo exiti amaritudinum; quia uti canit Poëta lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Impia sub dulci melle venena latent. Oculi sunt in amore duces, irritamenta malorum, pabula scelorum, occasio criminum, iudicium commissæ culpæ, & causa committendæ. Pronubus est oculorum iactus: inquit Basilius lib. de *Virginit.* igitur conciliat voluntatem, que concepit luminibus ignem. Pariter accendit, & ardet. Unde Ovid. lib. 3. *Metamorph.* Fabul. 5. Vidit & incaluit, sequitur vestigia furtim. Quoque magis sequitur, flamma proprio calefit.

Non aliter, quam cum summis circumlitâ radis.

Admotas rapiunt vivacia sulphura flammam. Pulvis sulphareus est forma egregia, aut voluntas illecebrosa: si ignem amoris admovent oculus, flagrat pectus. Ideo ipse ex Virgil. *Bucolic.* Eclog. 8. in *Medea.*

Et vidit & perij, nec notis ignibus arsi. Haud periret, ni videret. Perit videns, quia amans ita redditur amens; ut gaudeat delictis, ignotis ignibus. Ad nihilum redactus sum, & nescivi: dixit, qui semel concepit ignem, videns mulierem. Calamitas fuit, quod in perniciem videret: ceterum maior, quod fe pererentem nesciret; & infans foveret flammam ignibus ignotis, cum flagraret in ruinam machina pectoris.

2 Ne respicias in mulieris speciem, ait Siraacides. Vel oculorum iactus periculosus; quia facile desiguntur, ubi emittit iactatur. Ne respicias, quippe adinstat basilicæ necat vifa: quid statum? Ne respicias: quoniam cogi-

tans pulehrum, hauries venenum. Ne respicias, siquidem fascinatius iudicabis oculis venustatem, & inveniæ in visceribus ignem, quo non solum conflagret cognitio, sed etiam ratio.

Scintilla magnas parva flammam excitat. Ac viperinum semen haud rarò necat. Nam parva licet primum sit, crescit tamen. Siccavit Gregorius Nazianzenus in *Te-trafichibis*: & nescio quis, illud decantatum. Quid facies facies Veneris cum veneris ante?

Ne sedas, sed eas, ne percas per eas. Ne respicias; quia quod tibi tantum videtur videre; est proculdubio perire. Abi, quoniam *Fœmina* (ut dixit Cato in *Consilij ad filium*) efficacissimum glutinum ad capiendas animas. Securius est cautio vulneris, quam medicina doloris; & congruit non intueri, qua non licet concupiscere. Ne respicias; quia si non licet, non decet. Libertatem ama, qua admittitur oculis: diffidenter cor vindicatur à catenis. Si non vis blande fovere flammam, Ne respicias: igitur debes corde, ut liber esse possis; nec respicere.

Hocine consilium (ut placet haud infimè nota Expositoribus) ad uxoratos etiam extenditur. Unde fœminæ dicitur: *Sub viri potestate eris* (id est, sub ratione) *ipse dominabitur tui.* Si vir es, dominare; si non vir, fuge & taxò; quia qui amat periculum, peribit in illo: & etiam peribit qui uxoris respexerit speciem, & nequaquam dominatricem rationem: etenim ut hostis domesticus, raprix est iunctis, materia laboris, & tormentum libidinis: Ne respicias in speciem mulieris sive uxoratis, sive solutus: igitur uxoratus amittes dominationem, & solutus libertatem. Ne respicias, imò fugias: quoniam capiendo fugam, insignem protus nancisceris victoriam.

In reliquis vitijs sequitur victoria pugnam: Vincitur ut celeri sava libido fugat. Ait Iacobus Billius in *Antholog. Saor.* Fuga? Etiam. Bellicosus miles, quando in bello fugit (ait Chrysologus *Serm.* 150.) artis est, non timoris. Timore fugeret, ut vince-retur; arte fugit, ut sine pugna victoria potiatur; quippe nullo modo victoriam obtineret, nisi arte confictum fugeret.

3 Illa mulier (emblemata animæ) agitata à dracone septemcapite luxuria, statim ut stetit ante illam, non stetit; Sed fugit in solitudinem. Fugit, & subdit Ioannes: *Audioi vocem magnam de celo dicentem: Nunc facta est salus & virtus.* Salus patet, & in exemplum, ut sequatur artem, qui quis

Quod via doctor oculorum iactus, est signatur. Gregor. Nazianz.

Cato.

Securius est cautio vulneris, quam medicina doloris.

Ca. 76.

Specia femina vir autem sit dominationis & solutus libertatem.

Iacob. Bill.

Fugere non est timoris, sed artis. Chrysol. log.

Apocal. 12. 6.

vot.

voluerit obtinere salutem. Verum virtus, quomodo? Dum crescit pugna, crescit & pugnantium gloria: qua igitur lege virtutis splendor extollitur sine pugna? Plauditur virtuti, dum valide vincit: quo pacto plauditur, dum certamine relinquit? In conflictu luxuria vincitur atque: & illico ut Angeli vident feminam fugientem, vocibus efferunt in certamine virtutem; quoniam in reliquis viriis pugnam sequitur victoria, verum de Venere adipiscitur fuga.

Veneris fuga victrix.

Fugit mulier in solitudinem: & ibi Data sunt mulieri ala & aquila magna. Ad quid igitur ala postquam fugit? pennae sunt ad fugiendum celerius: Quis dabit mihi pennas, & volabo? dixit Vates Regius Psalm. 54.7. & femina habet pennas post deliberationem fugae? Habet, & aquila. Quid ergo? Aquilae emblemata est insigne victoriae, quapropter nobilium fortium familiarum character, ut tradit Pterius Valerianus toto lib. 19. de Hierogl. Aegypti. Victoria signatur per aquilam: & ala aquilae aptantur merito feminae capienti fugam; ut notetur in signiore emblemata, quod superasse tentationem, fuit vigilans.

Pier. Va. Ier. Aquila insigne victoriae.

Non nititur inter meritati constantia, sed in fuga resistit.

Eratm.

2. Tim. 25.

Parti fugientes sagittas in ad vesperos mittunt.

go iaculabantur. Verum proposito nemo aptius cecinit, quam Ovidius de Remed. lib. 1. Sic enim ait: Ecce fugax Partibus magni nova caesa triumphi.

Magnum & novum vocat triumphum. Apponit: fugiendo ferit: & magnum est, quod sit triumphus virtutis, specie timiditatis. Mittit a tergo sagittas: hoc officio praestat puritas; & cum ingenio, ut sit victoria pudoris insigne imbecillitatis: igitur meditando fugam, arte consequitur palmam. Triumphus magnus, & novus: etenim si in alijs agonibus laurus obtinetur certo, hic apprehenditur fugiendo. Fuga est causa novi triumphi: siquidem novum, quod vita servetur fuga, industria fragilitatis, ubi certo admittitur pugnam cum dedecore virtutis.

Heu fugae Nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.

Hector apud Virgilium lib. 2. Aeneid. v. 289. Fuge ab his flammis, quia tibi nulla salus praeter fugam. Vinet fugiendo, quod non poteris pugnando. Aliter, Heu nato Dea! Signa doloris praenitit, & graviter genitus ab imo pectore ducit: siquidem necesse est, ut praevient lamentum, ubi cognoscit, resistentia casurum. Fuge si natus ex Deo. Fuge. Ne cedas, recede: quia ut canit Propertius lib. 3. Eleg. 20.

Ipse alimenta sibi maxina praebet amor. Singularis prosum in ignis, cui pabula fiunt etiam inanes cogitationes. Fuge. Tu ne cede malis, sed tuge ignes: quoniam quod magis relictis, magis virtute fovetis. Periculosa pugna ubi vires nocent, & flammam mulcent: ubi viscerum apparent venena, oculorum mulcimina. Fuge, si vis ostentare in certamine virtutem, & amplecti puritatem: quoniam praevalet in fuga virtus fragilitatis, & cedit in pugna fragilitas excoGITATA virtutis.

5. Deus vitam meam annunciai tibi: inquit Psalmographus. Alij, Fugam meam. Fuga dedecus videtur virtutis, maxime in illo, qui cum leonibus lustrat quasi cum agais: & nequaquam est dedecus, sed eximia omnino virtus; quippe qui voluerit habere vitam, necesse est ut meditetur fugam. Nota contextum: Non timebo, quid faciat mihi caro. Cur ergo? Quia fugam meam annunciai. Didicit, ex his quae passus est, medicinam; ne sagittae cupidinis pervenirent usque ad animam: siquidem fugere & quam primum occasionem, est cordis epithyma, & nobilissimum medicamen. Quavis fuga exprimit timorem, confert salutem: & longius

Ovid.

Novus triumphus virtutis cum armitate fragilitatis.

Virgil.

Necesse est, ut recedat.

Propert.

Pravalet in fuga virtus fragilitatis, & succubitat excoGITATA virtutis.

Psalm. 55. 9.

Vit fuga.

vecl. 5.

gius distat a vulnere, qui recedit a certamine. Sagittae voluptatum diriguntur in fortes, ut rutillet Cupidinis flamma, & ruat alto a culmine Troia. Scit David cupiditatum insidias, ut subdole capiant animas: & ut vitam expugnatus habeat, fugam annunciat; igitur quicumque se subtraxerit ab occasione fugiendo, non timebit quid faciat illi caro.

Confecravit supersticio Bellonae, & Martis quadragis equos aera fortitudine; & cervos curru Minervae: de quo Vincentius Chartarius de Imagin. Deorum. Giralduus Stuck & novissimè Pomey in Pantheo Mythico part. 1. Minerva, seu Dianae dicarunt pudicitiam, quasi Dez virginitatis; Martem & Bellonam venerantur, quasi Numina virtutis. Ad pugnam equi apti, ad fugam cervi: & innuit mythologia in insignibus Numinum, quid debet facere conditio fragilis hominum, quandoque equis bellatoribus, quandoque cervis fugacibus: quia virtus rutilat, inimicos expugnando; sed castitas fulget, inimicos fugiendo.

Virtus praevalet pugnando, & videri fugiendo.

Allicia virtus per fugiendam vult: allicia ut conterantur, fugienda timide.

Nisi per fugam ex lioidine victoria, cogitatio vana.

Cur colubae in curru venarum.

Vincet. Chart.

Modo liquet sensus Davidicae auctoritatis. Leones superavit, & carnem timendo fugit. Iuxta vexillum inimicorum propugnabit arte (ubi cognoscuntur expugnatorum insidiae) & decertando, & fugiendo. Si leones valide: si stelliones timide. Si rugiunt, patientia; si blandiuntur ignavia: quia cum verbis, conspectuque ignis cordis accenditur, sine pabulo extinguitur, & qui viderit lumen, adamabit cecitatem. Dextrè utendum est armis pro qualitate criminis. Unde carnem non timebit, quisquis occasione fugerit: verum si fidens virtute (quis habitabit eum igne devorantem?) expectat vulnera, habebit: siquidem respiciens mulieris speciem, ipsam virtutem habentis invictam inveniet fragilitatem. Qui fugit, fortis est: haud triumphabit contendens, qui vincit fugiens? Qui declinat occasione, in occasione indeclinabilis vincet: igitur resumit vires, ubi libido caeca in casum percutit hostes: ceterum si fragilitas specie virtutis cogitatur, intendit superare virtute; cogitatio solummodo erit, quoniam lubens ad conspectum pulchritudinis corruet.

6. Dexteritas luxuriae expressa fuit ab Ethnicis in Veneris pulchra imagine. Apud Saxonem cum Charitibus dona ferentibus, & conferentibus, myrto cineta capite, flammante pectore, sedebat in curru habent geminas columbas; Venus vero ferens arcum & sagittas. Vide descriptionem apud Chartar. ubi supr. de Imagin. Vener. Qui impu-

dicè expressit noxam, etiam adhibuit in levamen medicinam. Habet flammam, habet sagittas, & etiam habet columbas. Grassatur in pectora virus; & datur timentibus significatio: Ut fugians a facie arcus: quippequam ut de Venere obtineatur victoria, nulla virtus praestantior, quam parva fuga. Per flammam Venetis, designantur sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatorijs. Per columbas, quae timidae, fugae sit ingeniosa descriptio, unde David: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo? aptèque sculpuntur volantes columbae; ubi praevalet libidinis flamma; quoniam nisi fugā vicerit, totum pectus resistens in momento conflagrabit. Pennae columbarum perniciosae omnibus, ut asserunt ex Gregor. Nazianz. Orat. 17. Geneb. & Lorin. hic: & ut fugiat Veneris incendium, non tantum oporat pennas, sed colubarum: etenim ni velocissimè fugiat; conficetur sagittis, astuabit flammis. Comitès Veneris constituerunt Gratias: ita pictori visum est: quae videntur lepores, sagittae & acutae sunt. Non bene conveniunt: siquidem cum Veneris luxuria nulla adest gratia.

Homo constituitur ad imaginem, & similitudinem Dei. Faciamus (ait Opitex) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Sed homine constituto, subditur: Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum. Quinam hic ordo? Ad similitudinem, & ad imaginem Dei componitur homo: cur ergo in illo constituto non signatur pulchrior similitudo, sed tantum Deitatis imago; cum intendatur ante constitutionem, hominem fieri ad Dei imaginem, & similitudinem? Subest illic ratio: Masculum, & feminam creavit eos. Bene: sed quid inde? Perpende: per imaginem, ut vidimus late Tautolog. 2. num. 22. Exposit. liter. intelligitur rationalis natura: per similitudinem, supernaturalis gratia: & ubi dicitur constituta femina; non fit memoria similitudinis, sed solummodo imaginis: quoniam ubi intervenit fomes libidinis femina; mirum est, quod in viris interfit gratia. Aliqui videntur apud Pterium, Alapide hic, & Haye, tum in Bibl. Maxim. tum in Arbore Vita Conc. per similitudinem intelligunt virtutes, quibus similis Deo merito plauditur homo. Ubi degit iste solus, dicitur virtus: at dum describitur constituto feminae, loquitur Textus de viri imagine, non autem de Deitatis proprio similitudine: siquidem ubi cum feminis converfantur, virtutes viro-

Psalm. 91. 6.

Psalm. 54. 7.

Gregor. Nazianz.

Cor nifugiat, conficetur sagittis, astuabit flammis.

Gen. 1. 26.

v. 27.

Ibid.

Rari in a ventur in viria gratia, dum ad est femina.

Perer. Alapide. & Haye.

In con sortio feminari virtutes evanescent.

rum praestantissima evanescent. Brevius, & ingeniosius dialecto nostra: *En aviendo mugeres, se dan por perdidas las virtudes.*

7 Adamas symbolum fortitudinis (unde Adagium: *Adamas semper est adamas*.) apponitur apud Palaophilos, seu antiquitatis studiosos, & eruditos. Ad Pierium Valer. lib. 41. cap. 36. Plinium lib. 37. cap. 4. & Barthol. Anglic. de Propriet. Rerum lib. 16. cap. 9. Verum in adamantibus Cypridis talis fragilitas inest, qualis est vitri, quod frangitur facile. Sabit inquirendum, quod ratione huiusmodi genus adamantum quic frangi, ubi nullus alius cedit nec ferro, nec igni? Cypria Venus fuit dicta, quasi in Cypro insula nata. Numen a caecis adorabatur lasciviae: & in tantum inolevit virtus toxicis; ut quos natura constituit, vel in incute fortes, vi istius flammæ confringantur ut fragiles. Alij dicunt, Sideris adamantis proprietatem esse, in minimas partes comminuit, & a Cyprio perforari. Vide Rucum de Gemm. part. 2. cap. 15. Deservit etiam ad hominum documentam dissentio Auditorum. Sideritis adamas est: cæterum in conspectu Cypridis non est adamas; quia quic resistit incendi, cedit flammæ. Qua lege vim frangit huius ignis fragilia corda, ubi conteritur adamantis natura? Homo non cadet, adamas ubi fatiscit? Fugiendum ac huiusmodi flammis: quia ita sagittæ conficiuntur illecebris; ut emollescat pectora, adamantibus duriora. In stulticia exemplum, & Veneris triumphum, corda adamantina conteruntur quasi vitrum. Homo non adamas, sed ipsa fragilitas: quasi ex carne & in carne constitutus, difficulter (quod secum portat) curvus dimittit onus: unde dum obviat inauspicatò insidians Cupidini, quasi pulvis quem projicit ventus a facie terræ. Ad cæterarum cupiditatum triumphos (ne expugnetur arx voluntatis, exploratoribus sensibus) fat est vigilantia rationis: cæterum dum bellum minatur luteatrix intersens Venus, homo prudens esse debet insensatus: quippe sensus in utramque partem dolosi officium faciunt, & magis efficiunt. Oculi debent esse cæci in obiectum, quia mundi, ne videant malum, & mundum. Utinam sufficeret in medicamen, quandoquidem vel cæci sine miraculo vident! Surdi etiam audiunt. Penetrant usque ad corda voces Sirenum, ut pellectos sopiant, & sopitos interficiant. Quare Martialis lib. 3. Epigr. 64.

*Sirenas bilarem navigantium poenam, Blandisque mortis, gaudiumque crudele Fallax Olyssus dicitur reliquisse.*

Pier.  
Plin.  
Barth.  
Angl.  
Adamas  
Cypridis  
fragilis  
aut cry-  
stalline

Rucum.

*Vel ada-  
mas in  
Veneris  
confer-  
tione  
frangit.*

*Homo ut  
fit in se  
sibus per-  
fectus,  
fit insen-  
satus.*

Habac.  
n. 13.

Cæc. 1.

Surdus.

Valer.  
Mart.

Nisi obtureret aures, periret in naufragio cognitio mentis: & libenter obfuscescent, ut non exaudiant vocem incantantium; quippe est pœna dulcis, pœna: mors, licet blanda, gaudium crudele, venenum aspidum insanabile, futile oblectamentum, & continuum veneficium.

8 Mancus etiam debet esse adinstar Mercurij, in quo adumbratur prudentia, in huiusmodi muliereolarum strophæ: quoniam non semper munus commendat liberalitatem, & aliquando exprimit cordis æstuantis furorem; quo emittit argumentum penitentiæ, quia facit aspidæ merces. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, dum daret: & multoties manus extenditur, & non retrahitur; ubi ob meditantem subdole stropham, melius erat habuisse manum aridam: & nisi manum extendisset in venenum, extenderet sanè manum.

Stultus etiam congruit esse, siquidem in eiusmodi stulticia stat profunda sapientia. Summe enim intelligit, qui noluit intelligere, ut bene ageret. Etiam dator cor penitens veneni, philtre, seminarum frandis, ut fiat; cæterum non sapientiam, sed stultitiam. Stulticia eruditur, dum ad meliore mentem quilibet sapiens revocatur; quoniam qui sapit, desipit: & intelligit amplius, qui non agnoscit, perveniens ad sapientiam culmen per stultitiam sapientem. Si quis videtur inter vos sapiens esse (inquit Doctòr Gentium) stultus fiat, ut sit sapiens. Stultus: quia seipsum seducet, si scientiam sæculi intelligit: & nanciscetur per huiusmodi acutà, & ingeniosam insensationem, optatam felicitatem introeundi in potentias Domini, & gloriam, quoniam non cognovit erroris literaturam. Ipse se seducet, qui literalam intelligit: erit doctus, quando fuerit stultus; tum quia error difficulter removetur, & facile admittitur; cum satius sit, non agnoscere, quam resipiscere: tum quia dum ignis iaculis amoris incaluit cor, multa dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, habentes intellectum obæcatum, passionibus ignominia tradidit in reprobum sensum. Sensibus autem perfecti estote: dicebat idem. At qua conditione perfecti? Si sint stulti: oculi videntes ne videant, aures audientes ne audiant, corda ingeniosa ne intelligant, ut simulachra gentium, opera manuum hominum. Quid ergo faciet homo; urgente certamine? Si Martis, opus est manuum virtute; cæterum Veneris, cervorum celeritate: etenim victor obtinebit triumphum, si pennas pedibus aptaverit ad fugiendum.

Psal.  
17.6.

Mancus.  
Vinc.  
Chart.

Luc. 6.  
8.10.

Stultus.

Psal.  
25.4.  
Eccle. 1.  
17.

Quomodo  
ad sa-  
pientiam  
in igno-  
rantiam  
1. Cor.  
3. 18.

Psal. 70  
15.

Melius  
est non  
agnosce-  
re, quàm  
resipisce-  
re.  
Rom. 11  
22.

1. Cor.  
14. 20

Eccle.  
19. 1.

Insidia  
Cupiditatis.

Qua.

9 Quasi de laqueo venantium erupit, Vates exultabat Habacucus, dicens: *Super excessu dolentis me victor (alij victorem) in psalms canentem.* Victoriæ cantat, triumphis exultat. Ubi pugna, ibi arma: quibus igitur armis decenditur fortis athleta in arenam, ut possit gloriosè reportare adorem? Non opus est armis, sed pennis, Ponet (ait, per quem victor) pedes meos quasi cervorum. Cervi fugiunt: & valide tunc praeliantur; quia victoria vertitur in recessu, nullatenus in conspectu.

Cervi laporum prædæ rapacium Socii amur ultro, quos optimus Fallere, & effugere est triumphus.

Horat. *Canit Horatius lib. 4. Carm. Od. 4. v. 50.* Cullibet animalium natura arma concessit, ut discrimina urgentia expeditius evaderet: & in cervis loppum diligentia fallitur fuga, ne capiantur incertes, qui caderent de certantes: habent enim arma ad victoriæ, habentes pedes ad fugam. Hoc est discrimen aggreddientium visorum, aperto Marte, vel luteatrix Veneris. Ille irruit, hæc irrepit. Illic propugnandum, hic fugiendum: quia in discrimine castitatis, industria Veneris, nemo statetur victor super excessu, nisi adinstar cervorum capiatur fuga. Altipulator cogitationi Hieronymus in Commentar. dicens: *Ponet ergo pedes meos inter cæteros cervos, ut inter Angelos.* Quid igitur interest inter cervos, & Angelos? Opportune similitudinem profert, ut perpendant quorum interest. Homines ut sint corporati Angeli, in tentationibus carnis debent esse tanquam cervi: quoniam perpetrari in corporibus puritas elucebit Angelicam custodiantur occasio fugam. Ita *Pascentur in arbore cervi.*

Hieron. *Lucei in hominibus puritate Angelica, si fugere victoriâ.*

Virg.

*Erit in curia stultus, qui desitit in stulticia.*

Eccle.  
19. 1.

Insidia  
Cupiditatis.

Ad instar ignis in arundinetis discurrens amor: quousque exinguatur, strages flammaram dominatricum non agnoscat. Ille cum in Troia, Minervæ templum arderet, repente est oculis captus, quia simulachrum secum è flammis eripuit: teste Textore in *Officin. lib. 2. cap. 58.* Captus est luminibus, quia pulchritudinis circumspexit simulachrum: quid si videret prototypum? Orbatur oculis levis radijs imaginis venulosioris, & homo vult videre occasione caritatis? O vana fiducia! Exitus adâ probane, cum deficiunt quasi vulnerati, & sine vulnere, punctim a Veneris, casum à temeritate.

*Amor ingressus non facillè discedit, quanto alatus, nec penitus liberam relinquit animam (ait Plutarch. in Sympos.) manet in ea vestigium veluti silva exusta, aut fumantis, neque penitus ex ossibus ejicitur.* Ideo scitum ab Antiquis (sed verum) quod amor advenire penitus, & abiret claudus. Vide Othonem Venium Emblem. 83. *Amor.* Claudicat amor, & retrò respicit obiter, an iterum revocetur. Unde ingeniosè Ovidius lib. 1. de Remed. v. 247. monet: *Neo satis esse putes discedere, lentus abestor.*

Ovidi *Dum perdat vires, sit que sine igne cinis.*

Ubi fragilitas concutitur illecebranda arte, melius est fugere: sed fuga capiendum, cum voluntatis fugas quippe non satis est discedere, si fragilitas non abire voluntare. Ubi nota Vulgata legit: *Rex virtutum dilecti dilecti.* Hebr. *Reges virtutum fugerunt fugerunt.* Ad quid igitur geminatur fuga? Quia epitalis necessaria: igitur sapè corda dum Veneris iacula fugiunt, magis ad ignem accedunt. De quo Nos, vita comite *Tom. 4. Tautol. 9. ad illud Iosue 8. 5. Fugiemus, & tergo vertemus.* Et Iobi 27. 22. *De manu eius fugiens fugiet.* Sumit rebellis amor vires oppressus, & nisi omnia comburantur, manet invictus; quia levis statu accenditur fax extincta, reviviscit agitata. Unde accedit, fugiens ab occasione, si latet scintilla, vel nivo pectore. Audi quem su per lib. 2. v. 335. *Ut penè extinetum cinerem, si sulphure tangat.*

Ovidi *Videt, & ex minimo maximus ignis erit, Sic nisi vitaris quicquid revocabit amorem, Flamma redardescet, que modò nulla fuit.*

Refugiat cor validum, ut fugiat ignem: quippe invalidam agnoscat virtutem, nisi vel levi rem removerit occasione.

11 In pectus Samaritanæ femine sauciata curis, quasi in scopum Veneris effulgurant flammis, verterat Cupido sagittas. Successore novo vincitur omnis amor:

Ins cur-  
catur.

Ravil.  
Text.

Vel imma-  
go nocet.

Cupiditatis  
euler  
ingressus  
egressus  
taratus,  
Plutarch.

Oth.  
Veni.

Ovidi

Psal. 67  
13.

Occidit  
fugienda  
cum vol-  
untatis  
fuga.

Ovidi

Amoris ignis foris postit. Ioan. 4. 28.

Iacula illius vel fracta ferriant.

Non fugiant facientes occasione comiti.

Quinam laquei vanitatis quibus detinentur, laqueos fugientes

Nequit fugere, qui non vult eoa dere.

Senec.

etenim amoris divino cessit furor, relicta hydra (que aptius hydra septem capitum) causa turpitudinis, larva otiositatis, qua non haerit bar aquam, sed sitientibus ministrat ignem, tanquam longum bibentibus vel in crystallis amorem. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit. Inquit Evangelista. Reliquit? Cur non fregit? Iacula vel fracta feriunt: & sunt iacula pectoris etiam monumenta fracta cupidinis. In speculo patet pernicies huius abdicci veneni, cui mors adhaeret sine dolore: igitur cum alliditur occaso, invenitur in quolibet fragmento: & non relinquatur prudenter facula ignis, vulnus in antiquum redit male firma cicatrix: siquidem fugit ignem, multiplicando combustionis occasionem. Reliquit hydriam, & abiit. Fugiens fugit: quoniam illi secum auferret; adhuc fugiens cum occasione non fugeret. Pependit enim emphasim. Reliquit ergo hydriam. Consequens est, Ergo reliquit hydriam. Unde deducitur: Hauserat gratiam, fontem aquae salientis in vitam aeternam. Ergo reliquit hydriam: siquidem donum sine pretio pretiosum non obtineret, nisi occasione lapsus ulterius relinqueret.

Quam multi discrimina vitae, & salutis agnoscunt? Caeterum minime fugiunt. Proh nefas! Verum quare? Gaudent ne frigido igne? Nullo modo. Non detinentur amoris vinculis, sed flammibus inanis cogitationis: scilicet, delira vanitate, & politica auctoritatis singularis, saecularique rationis, in qua non utuntur consilio, sed pila, & gladio. Paxima (aiunt) auctorata est, splendore sanguinis praedita, dotibus inextinguibili. dicitur: Muger de obligationes. ) Trabit splendor conditionis, quod renuit consideratio discriminis. Exolevit tempore pulchritudo, caeterum iure inolevit redamatio. Nonne longe debet esse ab auctoritate mea, quod sit sine auctoritate? Dedecus, erga affirmationem obliuiscens nota, ubi dignitas infirmatur decoris umbra. Sine me quid faciet? Quid ergo fiet? Meliora agnosco, deteriora sequor. Evanesces sane pretium auctoritatis, procul proposito. Relinquere tamen, verum: Quid dicit vulgus stultum: O stultior, quam stultissimus! Caves, quod dicit vulgus, non quod stricte iudicabit Deus? Dicit de te etiam vulgus, peccavisse ut hominem, respicisse ut rationalem. Utinam possem! Aliud stultis argumentum. Utinam velles? Volo. Qui dedit velle, dabit & ille posse. Volo. Fugis cum occasione? Non vis, fugiendo remanes. Vis? Quid tibi opus est, ut sis bonus? Velle: ait Seneca Epist. 80. Verum non vis, sed velles: ideo non potes. Propositum ne tibi

devereri Tartaro? Poteris voto. Nollem, si possem. Fac velis, & vinces. Tu vero, qui quod amas, egre dedisisti amare, Nec potes, & velles posset.

Quid facies? Doceat petitus sagittis lib. 1. de Remed. Amor. Saepere refer tecum scelerata facta — Et pone ante oculos omnia damna tuos. Damna scelerum, & tuarum inanium cogitationum nota.

Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: fulminat Regius Vates, captus etiam huiusmodi insidijs. Vide quae diximus hic Didasc. 3. a nam. 13. Qui obligationibus incumbunt, etiam tormenta patientur? Quare ita? Declinare post obligationes, est fugere onus praceptorum, & allidere leges? Gravius sane quam malum, quoniam involvit Legislatoris neglectum. Cuilibet legi datur obligatio: est lex scripta a Deo, & lex decantata a mundo. Illa ad solum rationis, haec autem ad examen vanitatis. Præterantur servi Veneris splendida verba legum, decori criminis in excusationem, & multoties in flagitium fucata auctoritate: caeterum detruduntur in barathrum, impia observatione legum; quippe ulterius apolacizant sacras leges, declinantes in proprias obligationes.

Laqueos vocat N. Gilb. Genebrard. hic, huiusmodi obligationes, quae a vesanis perficiuntur tanquam leges. Apposite laquei, & indeclinabiles a fragilitate, maxime dum iniquitas induit virtutis rutila specie. Honoris stimulis obligationes abdicunt, & in laqueos ipsos, quos posuere, cadunt: etenim obligationes non sunt honoris, sed laquei Veneris in honorem vanitatis. Lex est divina, ut a cordibus eliminetur noxa: lex mundi, ut dominetur auctoritas, quavis supporter iniquitas: & stolidi declinant post obligationes, minime contemplantes laqueos splendentis criminis; ubi imponunt cordibus phantasmata quasi legem; nempe, semel admittam, custodite iniquitatem.

Variè AA. obligationes exponunt. Gregor. Nazianz. Nodos legit. Hieronym. Pravitates. Septuag. Strangulationes. Arabic. Contorsiones. Aquila. Implicationes. Caictanus, Oblivitates. Malucend. Tortuositates. Genebrard. Versutias, Strophas, & tergiversationes. Vide Bibliam Maximam. Obligationes praedicantur, quae obligationes non sunt: ideo non dicuntur inclinationes, sed declinationes; quia dum magis observant, magis declinant: & etiam quae

Ovid.

Idem.

Palm. 124.5.

Abdicuntur leges caeli ob leges mundi.

Leges mundi, quae dicitur obligationes sunt pravitates.

Contorsiones.

Palm. 139.10.

Semitarum obligationes.

Erroris implicationes.

Labyrinthi tortuositates.

Geneb.

Tergiversationes capitum.

Dura lex rationali additio sceleris.

Qui leges vanitatis observat magis a lege declinant.

Defectus lunae casus sunt Solis intelligentia labore. Ioanna 4.66

Tufata hinc menilla

Cupidinis flammae tormentum.

Ovid.

Veneris vel in ista oculi concipiuntur ignis.

Quod.

astutià cupidinis latebant ut laquei, post declinationes in vanitates, apparent nodi: ne retula nodis à voluntate contractis, rumpantur facile ferrea vincula Veneris.

Specie pulchra deaurantur scelerata: igitur quae dicuntur obligationes, sunt cordis desideria, & Pravitates. Morfu conscientiae, ne praecipites eant, detinentur: stimulis cupiditatum perveniunt. Nesciunt quò eant, vel cogitationis gressu, cum labent quolibet motu. Anima contendit intra ipsos, & agitur voluntas contrarijs fluctibus, nimirum legibus, & excogitatis in formis obligationibus: quae quidem aptè dicuntur Suffocationes; propter certamen legis, & vanitatis: igitur undique trahuntur, & retrahuntur, crebrisque Contorsionibus ab utraque strangulantur. Caput circuitus eorum 3 quia cogitatione de cogitationibus saepe contendunt, quasi fallere possint versutis, & strophis luninae mentis. Tor ambages cogitant, quot semitas discapedinant: ac cum volvantur in malis, ubi fatigantur exire de tenebris; additis caliginibus ex oppositis cogitationibus, obligationes quas fingunt, apposite Oblivitates nuncupantur: cum quia magis implicatur excentes, tum quia infatuantur in circuitu capitum.

Sunt etiam Implicationes. Vellent prae ratio dicitur, discedere à tortuositatibus. Vellent prout auctoritas suggerit, incumbere obligationibus. Nequeunt velle unum, quin nolint aliud. Vellent, & nolent idem: unde attoniti cadunt ambulantes in circuitu; quoniam etiam in eamunda luce mentis, velle, & nolle circa idem notantur Implicationes. Labyrinthum inextricabilem construunt in circuitu capitum, tortuosissimis, & recurvis, quot vanitatibus: inquirunt exitum, & recluduntur in additum. Ubi patet iudicio erranti via, sibi frustra penetrabilia: quapropter huiusmodi iudicij Tortuositates, dicuntur Implicationes; quia magis, ac magis conantur in ambages improvide ingredi; dum arbitrantur inanium cogitationibus egredi.

Ideo Gilb. Genebrardus ingeniosè, & quam feliciter legit: Mentis tergiversationes. Modo erumpunt, modo reiliunt, modo placet, modo displicet; ac in ambigua deliberatione legum, caput circuitus eorum: quippe quum percussit, & retracti, fatui, & attoniti impulsu carnis, directione mentis, excitati cupidinis, fulmine cogitationis; ubi discrimina, & momenta voluptatum studiosè appendunt; in circuitu capitum mutuis ictibus, & cogitationum fluctibus nonnunquam tergiversantur.

Quis hominum infelicitior? Si in via sunt anfractus & tortuositates; necesse est ut iudicium habeat tergiversationes. Proh dolor! Solis intelligentiae sunt labores, defectus lunae lubricae carnis. Ideo fatigatur Sol iustitiae: & fedit sic fatigatus supra fontem, lubricam expectans Samaritanam mulierem. Fatigatur intelligentia rationalis iaculis Veneris: ac penetrantius telum, fatigatur sic; quia nulla infelicitior fors, quam pro lubito secum esse, & extra se. Observa: Si sequitur legem Domini, auctoritas adamata proteritur: si sequitur auctoritatem, deus implicatioibus infatuatur; etenim seipsum proteritur insanum, cum ad discrimina obligationum nullum habeat intellectum. Si ita est (utinam fallum!) & datur obcaecatio mentis; infamia erit disserere de iudicio cum insanis.

Obligationes. Tergiversationes: apertissime, siquidem omnes luxuria, & circa luxuriam cogitationes, patent deliria, & deliquia mentis. Claret profecto esse sine intellectu, dum ambulat in circuitu. Plerumque quae erga faminam obsequia, sibi parant offendicula; ac propter prolixa exteriorum luminum; egre & perlibenter excaecantur, perferentes obsequia, auctoritatis & aulicis stodia, lachrymas crocodili procul specie veneni: sed eo praestantius, quò magis laticat tenelli amoris imagine virus. O miseri! Quae vos dementia cepit? Quod coartat amoris insigne, est aversio detracta velamine, ac monumenta fastidij, quòd fucatur spinther sacrum cordolij. Si abesse cognitio divinarum legum, locum proprium habent in phantasia mundanarum species obligationum: verum etiam cognita lege, ducuntur auctoritate: & nullatenus considerantes verum in leges obligationem; adducuntur cum operantibus usquequaque iniquitatem.

Hec est putrida febris, quae intemè fovetur, & qua gliscente, homo non amore, sed veterno moritur; ubi nullum est Apollinis medicamentum, quia peccus non faciunt aliena pericula cautum. Hic opus est armis: hic o fortissime pugna. Noli intueri, quod non licet concupiscere.

Dum licet, & modici tangunt praecordia motus.

Si piget, in primo limine siste pedem. Proximus à tebris ignis defenditur ager: Utile finitimus abstinuisse locis.

Ait Ovidius ubi supr. lib. 1. & 2. Gregorius Nazianzenus, ne ignis surgat ex oculorum crystallo, sicut radijs Solis in speculo, ad Seleucum lambico 3. ait.

Ergor. Nazianz

Quodcumque labem visus accersit, fuge, Oculos ut virgines ipse seruos tuos. Quo intuitu Hermannus Hugo lib. 3. de Suspir. Anim. Emblem. 11. describit animam in corvo sedentem, & sciculum fugientem, & confugientem ad Salvatoris fontem, qua in meta canebar: Nempe graves animi sunt toxica vindictis, tra,

Herm. Hig.

Et tua, qua iaculas tela, venena, Venus. Caelestes animus sicut insatiabilis undas, Cervus ut irrigui fontis anbelat aquas.

DIDASCALIA IX.

Comprimat caro, ni comprimatur.

Novar.

1. Ait Novarin. in Umbra Virgin. Excur. 45. num. 456. Tela ferat, si frana rumpit, quippe furdis est auribus, & dominatur estrenis. Furor brevis est: animum rege, qui nisi parat,

Horat.

Imperat. Hunc frantis, hunc tu compeste catenis.

Caro nisi parat, imperat.

Ait Horatius lib. 1. Epist. 2. v. 63. Nunquam possunt esse simul Dagon, & Arca. Si illa exaltatur, humiliabitur ille: verum hic exaltabitur, nisi humilietur. Non est dimidiatum Iovis impetium. Quicumque voluerint exultare in legis Arca, inveniunt Dagon iacentem super faciem suam in terra. Dagon erat statua Veneris, ut astitit Bonaventura in P. salm. 28. num. 1. cum Sertario in Iudic. 19. qu. fl. 23. & coram Arca legis, idolum Veneris iacet; quoniam dominaretur, nisi iaceret. Pari modo loquitur Scriptura, uti vidimus in Exposition. liter. num. 17. de appetitu sensitivo, ac de femina. Unde huic dicitur: Sub viri (sub rationis interpretatur Glossa Interl.) potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et Caino, de peccato: Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Non fat, quod sit sub potestate, sed adhuc erit sub dominatione? Non. Est sub potestate, dum potest comprimere: est sub dominatione, cum comprimitur: & praecipitur dominationis regimine; quippe caro non compressa, non erit sub potestate: imo

Gen. 3. 16. Ibid. 4. 7.

Contra sua frana tenacem Ore reluciant fulminis ire modo. Quoties animus indulget, caro insolescit: & additur iuri potestatis exercitium creditae dominationis; ne qua subest iure, con-

Ovid.

Contra sua frana tenacem Ore reluciant fulminis ire modo. Quoties animus indulget, caro insolescit: & additur iuri potestatis exercitium creditae dominationis; ne qua subest iure, con-

niventiā dominetur, ni continuo comprimat: Cibaria, & virga, & onus asino: siquidem laxando servitutum, sollicitat plenissimam libertatem. Quod est Cibaria, & virga, & onus asino? Corpus castigare, inquit P. N. Benedictus S. Regul. cap. 4. instrum. 11. Cibaria, ne corpus succumbat: Virga, ne cibatum insolescat: & denique Onus adiungitur; quia cibatur ut portet, non ut portetur. Onus, ut serviat; etenim sine onere recalcitrat.

Nec bellus tetrivus ulla est Quam servi rabies in libera colla furentis. Agnoscat gemitus, & pona parcere nescit. Ait Claudianus lib. 1. in Eutrop. v. 183. Belle: discernit dominationem in servos rebelles, & quantum pateat arrogantia appetitus in leges dominatrices: quandoquidem nisi ratio vigilans suppressit iniquitatem, supprimit caro rationem.

2. Liberum arbitrium concessit Deus hominibus, & exponit Ecclesiastes: Ut probaret eos, & ostenderet similes esse bestiis. Concluditur: Nihil habet homo iumento amplius. Aliqua diximus in Exposit. liter. ubi egimus de barbarie Nationum, & Italiae Gentium. Habebit homo aliquid amplius iumento? Habebit sane, siquidem sculpsit ratione: verum ratione non sculpsit, in quo praestat differentia? Equis, & mulis non est intellectus: aliquid habet homo iumento amplius. Non habet: datur corpus homini, ut serviat menti, caro ut subjiciatur spiritui; qui habet potestatem in passionibus, & ius regiminis, ne extendantur nisi ad obiectum, quod liceat, & ut irruentes, & estranatas compestat. Est homo, si regit ratio: dum subest ratio, non homo, qui adhuc in sensibilitate est rationalis. Caro dominans coercet serva facultatem mentis: & quando in homine regnaverit sensitivus appetitus, nihil habebit homo iumento amplius.

In voluntate hominis vertitur differentia rationalis; quippe iuxta operationes fit iudicium originis. Deficit ad rationalitatem, quilibet ad rationalem deficit lege, quae iubet passionibus brutales suppressi, non dominari; regi, non regere. In bestiis, quia non sunt habent rationis, omnia ad impetum libidinis: at hominibus proponuntur praescripta legum, ut fiat de rationalitate, vel irrationalitate iudicium. Si iuxta leges in corpore degunt, probantur homines: fecus lex fracta ostendit similes esse bestiis. Lex illibata debet esse: non veneratur ratio, si non est virgo, quae ita fragilis, ut intada vitiatur a privilegio. Non proteritur lex a ratione, quae fecit legem: & in lesione ha-

Cervo vel licet iudicium. dolo. tia insatiabilis. Eccl. 31. 25. S. Benedict. Corp. cibatur, ut portet, non ut portetur. Claud. Ut servient ser viat.

Eccl. 3. 28. v. 19.

Ni ratio comprimatur carnis, caro comprimetur rationem.

Ratio regere debet, non regi.

Cor lex confertur virginit.

Tarpe bonum, quod a bruta ratione distinet, non distinet ratione.

Gencl. 47. 18.

Consilii rationis libertate

Ubi subjicitur carni in ancipiti, totus homo caro, & caro.

Menan.

Florent.

Psal. 48. 13.

bet indicem, dicentem, hominem esse non posse, qui deliberat vitare. Similes sunt Bessijs, ubi regant belluini motus: & hoc in hominibus miserabilibus; scilicet; quod differentiam habeant; verum non differant: habent quo regantur, & non regantur: sumuntur servituti, & proiectae, qui nati dominationi: ac si dicitur subijcibile corpus, & subditur subditus intellectus, intellectu iumentorum habebunt amplius?

3. Nec clam te est (Aegyptij dixerunt principanti tosepho) quod abique corporibus, & terra nihil habeamus. Nihil? Ubi intellectus? Comprobat ser. nocivatio. Pretium in Consiliiarios documentum, ut tite, & recte fiat in expeditionibus iudicium. Aegyptij vendere omnia pro cibis decreverant, ac in hunc usum habere pignus intellectus ignorant: quoniam ratio, quam large dedit natura, nec pro Principe vendenda: Perperam venditur, cuius non est pretium, licet obijciatur pretiosum; quoniam quantumlibet caro, spinter rationis nonnunquam venditur gratis: atque in commendationem libertatis rationis, etiam in conspectu Principis, proicetis omnibus servant sibi intelligentiam; quoniam necessaria desine ad ducendam vitam. Male inducitur suffragium, ubi pervertitur curva ratione iudicium.

Etiam habet auctoritas acumen, & in propositum. Intellectum tui homines habebant, sed in rebus terrenis: rationem, sed deditam illecebris carnis. Fruuntur rationales intellectu, ubi dirigit affectus inordinatos ad debium finem: ceterum si debacchantur, illico sopiunt rationem. Unde nihil habent praeter corpus, & terram, habentes quoque rationalitatis formam; quia ubi in hominibus dominatur caro, non est intellectus, & corpus; quippe in terram convertitur corpus, & in corpus intellectus. Nihil est praeter carnem, in rationali fugiente rationem: ac intellectus Aegyptiorum ab ipsis, neque iniuria, dicitur corpus; quoniam statim ut subjicitur carni mancipio, totus homo caro, & caro. Unde Menander: Carere amantes mente si quis non putat, Quos esse potius mentis expertes putat. Nil turpius servo cum regnaverit.

Quid enim servitium illo, Quem premit imperij sacra libido suis? Quasi poculis Circes mutatur in belliam, & libidine patet in peccatum degenerasse naturam; quoniam praeter hominis vocabulum, nil habet hominis.

4. Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus,

& similis factus est illis. Nihil novi, quod in culmine langueret intelligentia; siquidem attonitum culmina: sed novum probris, quod esset similis insipientibus iumentis; quasi in conditione stolidissima, fuissent Catones iumenta. Literatice huiusmodi periodi exponitur per Epexegsim, ut vidimus in Prolog. Galat. 6. 4. num. 12. Similis iumentis insipientibus; scilicet, insipiens, sicut iumenta: Verum tropologicè aliter. Iumentis insipientibus similis vilis fuit homo, quando a regimine rationis descendit caro: & ob amissum cogitationis lenocinio crimen; excitat admirationem, quod faceret natura ratione ornata, quod non faceret insipientiora iumenta. Iumentum est insipiens, quia non intelligit, & caret ratione: qui non facit, quae intelligit; est iumentum rationale: sapit, & desipit: ac Regius Vates dicit primum hominem insipientibus iumentis omnino similem; quoniam ratione voluptatibus subdita, rationales convertuntur in iumenta. Insidiantur rationi turpes affectus, quia areet habent legis multoties impetum, ut excutiant impositum meritò iugum: & ubi homines deduntur illecebris voluptatibus, similes sunt iumentis conditione insipientibus; quippequam iniquitates dum Supergressae sunt caput, evacuant cerebrum: & sine lege furentur in rationem dominantur; quoniam minime a ratione (ut lex iubet) comprimantur.

Huiusmodi rationis insipientia vertitur in vulnere ignorantia. Percutuntur a culpis, & Dolorem non sentiunt: ait Gregorius Magn. Moral. lib. 1. cap. 16. Si dolerent, in malefactis utique non exultarent. Perperam ingredientur in abdita penititudinis, ubi plagā non apparent vestigia levitia doloris. Ubi infirmi non sentiunt, desperantur. Non est locus salutis, dummodo negatur medicamini; nec est medicamini, ubi negatur dolori. Quo pacto consequentur salutem, si de vulneribus vel in praecordijs non dolet? Quomodo dolorem pectoris indicabunt, si non sentiunt? Percussisti eos, & non doluerunt. Exclamat Ieremias. De his actum est. Cur ergo? Ope Alcibiis restitui possunt ad vitam, maxime vindicem considerantes conscientiam. Difficile prosum: nequaquam restituerunt sanitati, non dolentes, vel percussi. Gratia Dei stimulis conscientiae post paratum crimen, illuminat attonitam utrinde rationem, ut proponat voluntati articulum calamitatum, in quo demersa per noxam, ac quamprimum inquirat vulneribus medicamini; quoniam putrescunt decursu temporis, & quod nihil erat,

Culminis vertigo.

Rationis voluptatibus subdita, rationales sunt in iumentis.

Psal. 51.

Gregorius Magn.

Ubi infirmi non sentiunt, desperantur.

Ier. 51.

Quod non sentit in firmis lethais vultu.

erat, mortus est aspidis. Non agnoscunt mortis periculum, quoniam venena ( utpote intrata fraudulenter ) non sentiunt ; & ubi sentiunt, moriuntur: quapropter sero lamentantur perentes sine remedio ; siquidem non vulnera est lethalia, periculosa vulnera, sed esse sic, & sic esse. Hispan. Es est ar aspi, y est arse.

Psal. 72. 22.

Vita in homine, sine gratia, nulla.

Fuit ultra carnis toxicam mentis.

Zucen.

Veneris fatuo a nesci pulchritudo.

Isai. 14. 22.

Infelicitas summa, perire prouipit, & ignorare perire.

quanvis interveniat error, quam perire prompte, & ignorare perire.

Ratio sub manu. Nesciens damnum, nulla sollicitate arte remedium. Medicina est erroris penitudo ; & nequit esse medicamen penititudinis, sine noticia ex vultibus doloris. Anima vomitum concipit, dolor malagma exigit ; & David sagittis confosus, postquam in mentem feliciter revocatus, non carpitur vulnere sceleris, sed ignorantia sagittis ; quoniam ignorans ex percussione dolorem, nullo modo poterat requirere medicamen. Sine sensu cor respirabat placide, etiam herentibus sagittis in corde. Nihil infelicitatis cavebat, quia propria infelicitatem ignorabat. Pax erat peccatoris, & tranquillitas fœcra iniquitatis, qua in plaga parvipendunt vulnerati firmamentum, quoniam non est respectus mortuorum ; & intime dolet Vatem Regium non doluisse, dum gravabatur scelere, quia in infimis desperatio, & non spes, male habere, & esse sic. Sic in periculo esse, quasi non esset periculum : sic stare, & vivere sic, quasi ultra vitam non plus : quasi non esset infernus, nec vindex Dominus.

Male habere, & sic stare.

v. 23.

Vivere sicut innoxia sum, circa quod sumus.

Perperam vivitur in noxia, quasi vulnera non esset vitia.

Ibid.

Non carpit vis doloris, quod demulcet voluptatis.

Psim. 37-7.

Ploratur magis vulnus insipientia in criminis vulnere.

vers. 6.

lorum quæ patiebatur in culpa, bonorum quibus privabatur sine gratia) esse sicut iumentum insipiens flupium, & stolidum; quia vivebat in noxia, quasi ultra non esset vita: quasi amplius non esset, quam nasci, & mori, & vita humana finiretur in fine: quasi liceret, quod placuisset: quasi libitum cupiditatis esset norma, & forma legis, sine respectu ad aternitatis momentum, & conamine in præscripta voluptatum. Ideo subdit: *Iumentum factus sum apud te*. Filij huius sæculi prudentiores videntur flagitijs, sed errant corde: quandoquidem qui apud homines sapiens erant & multum, apud te factus sum velut iumentum, pronum in voluptatem, fugiens rationem.

Quanta offendicula, ne ita vivat, hominibus obvia? Pluribus calamitatibus agitantur, ut cognitionem læcerent; sed cunctis lamentabilior, nec malum scire, nec calamitate sapere. Sepiunt pericula, & placide stant, quasi non essent in extrema regela, in acie novacule, & lubricitate periculi, perescentes in eo, quod ignorantes sciunt; atramen se perire non cognoscunt. Non sentiunt dolorem, quia vulnera neuti-quam arbitrantur infirmatam: quæ præ consuetudine & fœcda placent, & voluntaria non fœtent. Lazarus fœtet quatrduanus: quid tuo retrò diebus corpora, animæ mortuæ viva sepulchra? Sues in volutabro luti devoentur voluptati. Nesciunt quomodo valent, & quarunt quo modo valeant. Insidiola infirmitate laborant: carcinoma serpit, verum animi non dolet, quousque ulcerem denunciat damnium, non habere remedium.

7. *Miser factus sum*, dicebat David. Non ita miser, si se miserum agnosceret; cum miserabilior esset, si nesciret. *Miser factus*: verè: sufficit macula criminis pro nota infelicitatis. Causa infelicitatis sunt peccata; quia sicut sagitta infixa cordi, quin sanitas esset in carne, quo dolore punctis intimis pectoris, rugiebat à gemitu cordis. Miser factus est: sed unde? A criminis onere? Ab iniquitatis gravitate? Ab acumine sagittæ? A facie noxæ? Minime: *A facie insipientia*, ait: si gemit propter fatuitatem; nulla maior quam committere crimen: lachrymetur igitur a facie culpæ, & non a facie insipientia. Iurè plorat. Hæc insipientia est insensibilitas vulnere animæ, quæ fecerunt iniquitatem sagittæ. Despecto dolore, quasi nullo egerent vulnera medicamine, *Putruerunt, & corrupta sunt*. Putrida vulnera dolorem non excitant, est sensum, & dulciter interficiant: & vulneratus David queritur de in-

sapientia propria, ubi anima iacet faucibus quia insipienter, & ultrò procumbit in accessione, de qua non poterit furgere: siquidem incuria, ac usu vulnera deducta sunt in statum, quo nullum habent remedium.

Ut sanari possent, necesse erat, quod à vulneribus membra dolerent; quoniam quæ sine dolore affecta, nunquam sunt medicabilia. Patet medicina mentis ex medicina carnis: & gemit David à facie insipientia erga vulnera animæ; quasi sanari possent sine dolore. Vulnera male affecta facta sunt putrida, verum atque insipientia, cogitantis nihili, quod erat tanti: & David palam confitetur confidentiam vanam, ut stultitiam; igitur nulla insipientior, quam morti deditio, hoc ratiocinio præclaro: *Nihil refert: Parum interest*. Nos vulgo dicimus: *Es necedat, que se quitem la vida con el varo capricho, de Poco importa*. Ideo quod *A facie insipientia mea*; dudum dixerat: *A facie iræ tua*. Non vult Deus mortem peccatoris, sed quod conversione resurgat ex vulnere criminis. Insipienter moritur, cuius vulnera incuria putrescunt, cum habeat medicinam ad manum: & quod est influxus insipientia, tribuitur iræ; quia commovet divinam iram, quod ad salutis consecutionem promptam, & facius habeat iumentorum insipientiam.

*A facie insipientia*. Ita stolidus vivebat iniuncta etiam cordi plagæ, ut molesta non essent putrida vulnera; nesciens venenum dolosum, sensum furepere sensum, & sic in plagis stare, quasi esset præsentanea medicina, iacere: vocatque meritò stupidam insipientiam, non querere medicinam; quoniam ignorabat vulnerum medicamen quam impossibile, si inveniret vel medicus male affecta criminomate. Si vocatur chirurgus, & corruptam videt plagam; afferit, quia sero, & intemptive vocatus: non habere medicinam. Ita in plagis animæ: culpa infligit, consuetudo corrumpit, & non datur potestas, ubi evanescit facultas. Medicatur penitentia: sed non est dolor in anima: unde medicamen omnino futile; quia impossibile prorsum sine dolore: & dolorem excitare non possunt, ubi cacothim putrescunt, & corrumpuntur. In hoc enim articulo usque ad angustias cordis perducitur anima faucia: cuius incuria vocatur intellectus insipientia; quoniam ægri non agnoscunt incapaces fieri medicina, incapaces penitentia.

8. Totum hoc malum ab indulgentia rationis erga carnis servitatem ducit originem.

Vulnera peccatorum sunt dolore in medicabilia.

In sanis peccatorum, vers. 4. Et: tunc in vindictam divinam clementiam, sicut peccatores non querere medicinam.

Sunt incapaces medicinas incapaces penitentia.

Claud. Non pudet (heu Superi!) populos venisse sub hasta  
Vendentes? Certè pudeat, quod iuri sepul-  
tum

Mancipium tot regna tenet.  
Haud æquum quit esse imperium rationis, & carnis: etenim ratio sicut sagitta emissa, vel est fursum, vel deorsum: fursum, dominando in carnem; deorsum, mancipij perferendo servitutem; quippe caro non subiecta, illicò domina. Hanc societatem, seu intimam necessitudinem venit Christus disiungere, ut homo rationaliter vivat in pace. Inimici hominis domestici eius. Nullus magis domesticus, quàm carnalis, & turpis appetitus: & qui domesticus, sunt statim inimici; igitur appetitus qui serviunt servi, còtra rationem, & insolenter principantur in dulci. Qui pacem veram amat, gladium, & non pacem desiderat: Non venit (ait) pacem mittere, sed gladium: quia ubi pax est, non est pax: & mittit dextrè gladium, ut introeat pax, quæ exuperet omnem sensum; ac pateat implacabilis inimicitia, quæ effulgurabat extimè benevolentia. Melius est, ut inimici sine ad invicem, quàm habere pacem, ut condemnent innocentem. Separatur nurus à focu. Quàm aptè familiaritas appetitus sensitivi, & intellectus conferatur amicitia nurus, & focus! Non est amicitia, sed emulatio urbanitate fucata, venenum deauratum, quia inter has continuum iurgium, verba bona, & corda mala: plerumque virus nitet amicitia: ac huiusmodi illecebris dilectionis comparatur amor rationis, & carnis; quoniam quandiu nurus, & focus videtur consortium, aliquid mali machinantur in virum.

Math. 20. 36. Et dixerat dia pax plenissimi-  
na. N. 34.

N. 35. Cur con-  
sortium  
rationis,  
& carnis  
profigitur  
in amore  
nurus, &  
focus?

Invidia  
fena.  
Erasmo.  
Quic-  
quid sensu-  
ibilitati  
bonum,  
rationis  
malum.  
Horat.

Nunc de melioribus offer.



DIDASCALIA X.

Femina non habet patriam.

I A Iturè Cicero lib. 2. de Legib. Sed quo iurè Patria est gleba, qua prima vox emittitur naturæ plorantis, in signum mortalitatis orientis: & femina vel communis telluris patriæ negatur; quippe quàm sibi nascens, sibi non oritur. Fallitur Tullius, dum lib. 1. de Orat. dicit: Non potest cognatio ulla proprior esse, quàm patriæ: igitur præter viri patriam, femina non habet ullam. Signis eloquentioribus sine voce, Penelope declaravit apud Pausan. in Laconis. de qua Andr. Alciat. Emblem. 196.

Penelope desponsa sequi cuspiebat Ulyssem,  
Ni secus Icarus mallet habere pater.  
Ille Ithacam hic offert Sparten: manet anxia virgo,

Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.  
Ergo sedens velat vultus, obnubuit ocellos,  
Ista verecundi signa pudoris erant.

Quis sibi pralatum Icarus cognovit Ulyssem,  
Hocque pudori aram schemate constituit.

Vide etiam Gregor. Gyrard. Syntagm. 1. In prima femina dilucecit huiusmodi chara privatio, ut rusilec erga virum ab origine dilectio. Exules è loco deliciarum egrediuntur primi Parentes, quorum transgressione nos etiam ingemiscimus extortes. At exitus iurè notandus, quippe in conditione exilij, capitat intellectus. Emisit eum (Adam) scilicet, dicit Moyses) de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Exul exijt Adam. Utique: verum Eva? Etiam exijt. Cur igitur exilium feminae minime dicitur, cum illa propriè exul è paradiso egrediatur? Adamus removetur ab orto voluptatis, à regia deliciosa amœnioris pulchritudinis: sed non exulis est exitus, quippe in paradifum ab Audore translatus. Exul verè expellitur Eva, quia eius in orto florido patria. Qua ergo lege exilium, quod proprie exilium, nõ recollitur feminae, sed tantum viri? Aliqua meditata Tom. 2. Scen. Sacr. Orat. 4. §. 2. Aliud ergo modò acumen.

Exilium nihil aliud est, quàm natalis soli mutatio: & meditante in feminam vel in exilio, Moyses exilij haud refert latam sententiam; quoniam vel in qua nata non habet patriam. Patria livè paradifus, Adami verò Damascena tellus. Hæc nata in orto deliciarum, ille factus extra paradifum;

Cicer.

Amor femine in virum, quantum Idem.

Alciat.

Gen. 3. 23.

Cur non dicitur exilium exulis Eva?

Patriæ feminae non ubi nascitur.

sum: & dum illa exul, & vir expulsi egrediuntur ab orto, feminae non dicitur natalis soli mutatio; quippe quàm patria feminae solummodo patria viri.

Intelligitur modò sententia Dei per Ieremiam in Iechoniam, & matrem eius. Mitam te (ait) & matrem tuam, qua genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis: de quo Tom. seq. Tautolog. 8. Nota. Si afferitur, quòd nati in illa non sunt; claret, quòd terra propria non est. Ubi propria; dum aliena? Terra propria est, in qua nativitas, sacra laribus: aliena verò, quæ non nota, patrijs procul ædibus. Illa ubi nascitur homo, hæc ubi eiecitur exul: & dicitur à Propheta, apud quidem, quòd non patria, & terra aliena; quippe quàm femina propria; licet in illa non nata: etenim illi propfissimè patria tellus, in qua degit, estò sit exul sponfus.

3. Locum iam habet, de quo oppugnata fides Tautolog. 5. Didasc. 9. erga Virginis Matris exilium, quòd non exilium, sed servitus, quia exul, & propter illam dilectissimus Sponfus, dulcis Iosephus. Etiam servitus inest Virgini propter Sponsum? Etiam. O amoris tuave, & arcifissimum iugum! Placuit inter alias desponsationis causas, eximio Doct. Hieronymo lib. 1. Commentar. in Matth. Virginis, & Iosephi consortium: Ut (Deipara) fugiens in Ægyptum haberet solatium. Angelos ascendentes, & descendentes vidit Iacob in scala. Quid visio? Angelus descendens abibat Iacob in Mesopotamiam, ascendens verò filicem eiusdem presignabat reditum in Palestinam: ait Diodorus Tarsensis hic. Vide Alap. Clarescit visio ampliore copia radiorum. Per scalam Virgo; igitur Dominus in nixus scalæ, & semper ibi Angelus Iosephus, sive in abitu, sive in reditu. Iuxta scalam fuit fugiens in Ægyptum, donec reverteretur in terram Israël. Iudas accepit Beniamin: & minime vel eum dispendio vitæ quievit, quousque patri in terram propriam restituit. Ita enim redit Maria.

Hospitii adventum testificata Dei.  
Sponsum Ioseph destinavit divina providentia, ne Virgo peregrinaretur sola: & animo meror Virgini fuit huiusmodi dulce solatium; etenim per suum exilium, exulem videbat defatigatum Sponsum. Fige contemplationis aciem. Apparitio Angeli nonne facta Iosepho, ut fugeret cum puero, & matre in Ægyptum? Unde servitus Virginis, dum per Iosephum micat gratia libertatis? Hæc pretiosa, æstimabilis propter infantem libertas, erat Virgini captivitas: igitur

Tom. I. Taut.

Iosephum Sponsum contemplabatur exulem, propter se infantis genitricem, & infantem.

Paulus (tamest aliò intentus, quòd quia materialis Tautologia videbimus suo loco) huiusmodi altruit servitum per contrariam libertatem. Sic enim profert: Ipsa creatura liberabitur à servitute: in libertatem. Liberabitur in libertatem. Quorsum ergo libertas, nisi in cleutherium? In servitium. Libertas in servitute? Utique. Difficultas evanescet in Iosephi propter Virginem exilio, ut pateat quanto charitas florescat ingenio. Serva uti vidimus loc. cita propter exilium prolis, peregrinatur Virgo Mater, & transit in vicinam Ægyptum, haberque in Sponso avitæ, & moleste peregrinationis solatium. Aspicebat Maria Iosephum ultrò pro illa deserentem patriam. Liberabitur ne Virgo à servitute in libertatem? Neutiquam. A servitute in servitute transit: de angore in angorem amor exulem ducit; siquidem procedit à servitute propter exilium pueri, in servitute propter exilium Sponfi. Ait: Liberabitur (ait Paulus) à servitute in libertatem. Appofite, etenim potest dari libertas de servitute transiens in servitute. Visum sanè in Virgine exule; igitur per exilium fugit Herodens; sed per Iosephum exulem, in ipsa libertate fugere nequivit servitute. Ingrederetur Ægyptum transfuga, sed non ingreditur solatium. Vocetur ergo in exilio non exul Virgo, sed serva; igitur patet servitus, & non exilium, exulem propter exulem cogitare Iosephum.

5. In exilium Protoparentum iterum reflectitur cogitatio. Transgressio fit præscripti Domini interdicens cibum ligni boni, & mali. Ratio illicò exigitur, & uterque exilio, decreto multatur. Poena in illis exordium habuit, quasi in transgressionis origine; & nos gemimus, & stemus in hac lachrymatum valle. Utrumque prævaricatorum è paradiso Dominus expulsi; verum duntaxat dicitur, quòd Adamum iudex expulerit: Eiecit Adam, Nonne abfcessit, & Eva? Quare igitur huius expulsiõnis in decreto nec memoria? Qua lege non exprimitur relegatio mulieris, ubi uterque exulat iurè per vindicem transgressionis, à paradiso deliciofo voluptatis?

Audi. Matrimonium, uti iugum portatur à duobus, ut finguli fervent ponderis sublevamini humero uno: nihilominus tamen propter facilitatem indolis, mutua poena dolor altius sedet in feminis, quæ (est) sit illis poenaltas propter innocentiam.

Rom. 8. 21.

Transijt Virgo propter amorem de servitute in servitute.

Eius servitus videtur in libertate.

Gen. 3. 24.

In exilio  
viri sub-  
intelligi-  
tur spon-  
sa.

tiam, quocumque viris fuerit poena pro-  
priet noxam ferant tamen ut propriam in  
coniugio, flagitij cuiuslibet pondus, adven-  
nens sponso. Unde in sententia Adami la-  
ta molestioris exilij, nec memoria fit exilij,  
& transgressionis complicitis Evæ: igitur  
sponsæ relegationis supplicium aperte sub-  
intelligitur; ubi sponsi eius Adami exilium  
iure decernitur.

ubi sup.

6 Liqueat ex textu exilium Evæ per ex-  
ilium Adami. *Eiecit igitur Adam.* Uter  
Adam? Ecce dubij causa, ut Eva intelligatur  
Adami sponsa. Sarcasmo iudex corripit  
audacem prævaricatorem verbo illo  
aspero: *Ecce Adam quasi unus ex nobis.* Per-  
ficatur sententia, ne geminetur, & culpa;  
atque huiusmodi causæ recitator Moyses  
proferat: *Emisit enim Dominus de paradiso*  
*voluptatis ut operaretur terram, de qua sum-*  
*ptus est. Eiecitque Adam.* Eiecit, quem  
emisit? Si dicitur emisisse, quomodo verum,  
postea emissionem relegasit? Emissionis exul  
regressus est furtim in hortum, ut denuo ej-  
ceretur extra paradisum? Minime gentium.  
Qua ergo lege primo emisit, & post eiecit?  
Eiecit Evam: iam enim Adamum emiserat.  
Hoc difficultatis clivus. Eva vocatur Ada-  
mus? Uti que: *Vocavit nomen eorum Adam.*  
Adami nomine femina insignitur? Et aperte,  
ubi sponsus relegatur: siquidem sponsa ob  
matrimonij indeclinabile iugum, & suum  
& viri exilium iudicatur proprium.

Gen. 3.

23. 24.

Pri exi-  
lium in-  
dicat pro  
prium.

Gen. 5.

26.

Dolor au-  
get.

Et tran-  
sit in fer-  
vilitatem.

Gen. 3.

16.

7 Micat propositum sententiâ prola-  
tâ in feminam, ut illâ Iudex facilitatis, &  
aviditatis Evæ pessondaret audaciam. *Sub*  
*viri (dicitur) potestate eris.* En femina fa-

mulatus. Cur ergo si exilium criminis pe-  
na, signatur servitus? Sententia fulminat,  
quod tantum perirentur, non verò  
quod servi, qui exules, extra paradikum  
egrediantur. Cur ita exilium Evæ illam in-  
ducet in servitutem, si in Adami solum-  
modo demonstrat relegationem? Quia exul-  
tat Adamus, est Evæ servitus. Utrique sicut  
cor, felicitas una & infelicitas, levum condi-  
tionis, & dextrum, propter matrimonij  
vinculum. Sententia eadem: idem assen-  
tentia crociantem: & tamen quod in Ada-  
mum relegationis, in Evam iudicium ful-  
minatur servitutis; quippe relegatio, quæ  
solum relegatio, transit in servitutem cum  
sponso.

Demum: exules procedunt ab amena  
deliciarum habitatione in codetam, vastam  
superficiem terræ. Gemunt peregrini sub  
fornice cæli, domini ambitus orbis, ac hu-  
mani principia labilis genetis; sed Evæ  
relegatio sub silentio præterminitur, dum  
viri promittitur. Prudentissimum omnino si-  
lentium. Exilium femine fuisset, si forsi-  
tân sola exularet: at non dicitur exilium,  
dum exilij fit decretum; quia propter exi-  
lij intimum viri dolorem, exilium perma-  
tandum erat in sponsæ servitute. Urget  
sancquam femina prætus exilij miseriam  
inevitabile pondus: & plus diligentis spon-  
sæ cor affligitur, quoniam sponsus propter  
illam exul egreditur.

8 Nunquam potest sic ostendi, quan-  
tum valeat voluntas hominis usurpata per  
superbiam, quam in articulo exponente to-  
tius humani generis massam corruptam.  
*Malum non potuit plus, & manifestius ex-  
primi (ait Augustinus Serm. 8. de Verb.*  
*Apost.) quam in homine primo.* Perit pri-  
mus homo. Ubi esset, ni venisset Verbum  
Patris, factum homo? Venit, & ut homo  
exul in paradikum regredietur; exul etiam  
in Ægyptum egreditur. Tunc verò An-  
gelus appareret in fomnis Ioseph, dicens:  
*Fuge.* Maria quid? Fugiet? Fugiet: ac sub-  
auditur relegatio Mariæ, dummodo pæ-  
teat Sponsus. Utrique egreditur de terra  
Israël, quæ paradikus voluptatis, & quia  
patria, & quia ibi germina religionis: nullo-  
que modo exilij Mariæ ipsi fit, nisi per Iose-  
phum manifestatio; quia exulavit acriore  
exilio in Sponso. Absurdè prorsus exilium  
suum Virgini notum, cum non esset illi exi-  
lium. Non exilium exulis, dum exulat Spon-  
sus, sed gravissima servitus. Aggravavit exi-  
lij poenam, cum Sponsus exularet propter  
illam. Aggravavit, quantum distat exilium  
à servitute, in diligente, & diligentissima con-

Quare

Acrio-  
servitus  
ubi pro-  
pter il-  
lam rele-  
gatur spō-  
sus.

August.

Math.

Quam  
grave  
exul vir-  
gini, exi-  
lium Io-  
sephe

ver. 14.

Suam li-  
bertatem  
subtelio

ver. 13.

Unde

Eius li-  
bertas  
servituti  
addita.

ingere: etenim Virgini servitus exire in Ægy-  
ptum, intuenti propter illam relegatum  
Sponsum. Pendeat servitutum.

9 Ne puer Iesus cadere sub Herodæ  
Iosephus ab Angelo monetur periculi. *Sur-  
ge (ait) & accipe puerum, & matrem eius,  
& fuge in Ægyptum.* Opere licet complet  
mandatum, igitur *conversus accepit pue-  
rum, & matrem eius, & secessit in Ægy-  
ptum.* Non tantum fecit opus, sed sicut præ-  
ceperat Angelus, sicut diximus hic *Didasc.*  
*5, num. 14.* Inquirendum tamen: Cur Vir-  
gini non apparerit cælestis nuncius, & decre-  
ti fit particeps tantum Iosephus? An quia  
perfectiorem vitam minime astruit revela-  
tio? De hoc aliâs sermo. Non apparet An-  
gelus Virgini, innocens, quod exilium il-  
lud esset servitus illi, ubi in decreto exprimi-  
mebatur exilium dæcis Sponsi. Iosepho no-  
tum sit cælesse mandatum, Mariæ verò  
non recolitur notum: verum ibi solum  
ostenditur subiectio voluntatis Iosephi, non  
autem servitus propter Iosephi exilium vo-  
luntatis Mariæ. Falleris. Textus liquidò ex-  
promittit, ubi Ioseph exul Angelo nuncianti  
obedit: igitur Iosephus obtemperat sicut  
præceperat Angelus; voluntas verò Virgi-  
nis, sicut iusserat Iosephus.

10 Deinde, Virgo Iosephi voluntatem  
sequitur. Ille, quod vult nuncius, operatur.  
Operatur iuxta monita Angeli, sed sciens ab  
illo causam superioris decreti. *Futurum est*  
*enim (dixit illi) ut Herodæ querat puerum,*  
*ad perdendum eum.* Sponsus Virgini sub-  
iecit voluntatem, intelligens præcepti ratio-  
nem, nuncium esse superioris Intelligenti-  
am, & ad peregrinationem non levem  
causam. Quid ergo Virgo? Eius clarescit  
perfectior subiectio in proprio, & Sponsi  
exilio: quippe si Iosephus obedit rationi,  
quam exponit, vel in fomnis missus de cælo  
Angelus; voluntas Virgini, seu potius ratio  
obedit voluntati, quam expresserat Iose-  
phus.

Demum. Virgo velle, quod Sponsus  
propter illam haud pateretur exilium; cæ-  
terum vult exilium, sequens Sponsum. Iose-  
phus velle opprimi peregrinationis po-  
enam, dummodo minime pateretur Sponsus;  
sed vult quod Angelus iubet, est non vel-  
let. In exilio una est voluntas, quantumvis  
nissent contrarie, & servitus & libertas: at  
minime dicitur, quod Virgo fecit, sicut  
præceperat Sponsus, ut dicitur, quod Spon-  
sus fecit, sicut præceperat Angelus; quon-  
iam Virgo exul habebat voluntatem, pro-  
priet exilium Sponsi redactam in servitu-  
tem.

11 In exilio auctricis peccati, videtur  
ex exilio servitus auctricis meriti. Mulda tur  
fœmina à Iudice, dicente: *Sub viri potesta-  
te eris, & ipse dominabitur tui.* Sufficere  
prior periodus in expressionem femini-  
næ subiectionis, quin viri palefceret domi-  
natio potestatis: ad quid igitur inculca-  
tur iustum viri dominium, si in sententia  
prima innotefecit decretum? *Libertam quasi*  
*servam affect:* respondet Hæc hic in *Arb.*  
*Vit. Conc.* Dum exul sponsus, in Eva exi-  
lium est servitus? Est. Verum quare? Astruit  
lectio Septuag. *Ad virum tuum conversio*  
*tua, & ipse dominabitur tui.* Sponsus exul è  
paradiso ibit, quò uti liber voluerit. Sponsa  
ad illum conversa sequitur quocumque iterit  
& unâ notar Iudex femine subiectionem, &  
servitutem; quia in exilio sponsi, quamvis  
nolit, servam habebit & voluntatem.

Clarius ergo. Bitaria in femina est ser-  
vitus: nimirum & corporis, & servitus me-  
ritis. Illa in sponsi consortio raro sentitur,  
quia coram viro femina, vel dita patitur.  
Hæc cum sit animæ, fertur etiam à diligen-  
te moleste; quia facit vincita voluntas, cui  
competit ex natura libertas. In subiectione  
Evæ patet prima, in dominatione Adami  
secunda. Unde iteratè sententia servitutis  
in decreto potestatis, & dominationis; quip-  
pequam haud fiet voluntas Evæ in exilio,  
sed quod placuerit sponso. Haudquaquam  
voluntas viri in femine voluntate, neque  
electio exilij in voluntate femine. Erit omni-  
modè servitus. Faciet enim in exilio, quod  
voluerit, vel quod noluerit Adamus; subij-  
ciens etiam cum corpore rationem, & vo-  
luntatem, coarctata semper ad sponsi con-  
versionem.

12 Iam ergo perspicue constat, cur  
Virgini non revelatur ab Angelo exitus à  
terra Israël. Ioseph tantum *Apparuit in*  
*fomnis.* Causa exilij Matris Mariæ erat  
puer Iesus, sed Maria erat causa exilij Spon-  
si Ioseph: nulloque modo Angelus mittitur  
ad Mariam, quippe propter Sponsi exi-  
lium habebat animam servam. Si cum li-  
bertate esset voluntas Sponsæ, nota fieret  
deliberatio Mariæ: & solummodo Iosepho  
aperitur longinquæ peregrinationis cala-  
mitas; ut clarescat desponsata Virgini  
serva voluntas. Ita enim cogitavit amor,  
ut plus intra pectoris penetrale eor angere-  
tur. Haud solatium miseris socios habere  
penarum. Virgo ferebat Filium, & teneri-  
mè introspiciebat senem Sponsum. Utram-  
que contemplantur exulem; ac Matris,  
Sponsæque amor utriusque exilium conver-  
tit in servitutem. Exulati

Genes. 26.

Hay.

Sept. Et volent  
tuo serva

Duplex  
femina  
servitus.

Ubi sup  
ver. 12.

Anima  
Virgini  
serva in  
Sposi exi-  
lio.

Coa



Mant.

Comites nos oculis huius  
Effe decet.

Ut cum illis videamus patrias sedes pro merito tantæ, & tantorum carptæ peregrinationis.

13 Serva enim dicitur Virginis anima in huiusmodi relegatione. At quomodo servitus animæ? *Anima incola* proponitur à David. Anima ligata à Paulo: *Alligatus Spiritu vado*. Serva dicitur anima, quæ incolat; igitur transiit in acriorem speciem servitutis, quæ apparet relegationis. Acriorem, & merito iudico pœnam, dum pertransiit usque ad animam. Verum semper in clivo difficultas. Anima immediatè haud operatur, nec vincit (nisi in corpore) iacet, neque in libertatem dimittitur. Unde ergo illi, vel libertas, vel captivitas, ut ex exilio proveniat gravamen servitutis? Ex potentij. Dicit Oteas: *Ligavit spiritus in alis suis*. Alz spiritus sunt, in facultatibus spiritualibus, quæ promptè innatis operationibus. Voluntate libertate huiusmodi animæ nobiliores potentia, quantumvis cruciatus pœnarum sedeant in corde: & in exilio Virginis, & ligatæ sunt animæ veloces alz; quia ex exilio servæ etiam illius potentia.

Huius servitutis exemplum patet in pane Eucharistico. Ad memoriam necessaria species obiecti propria; quippe erit falsa, si aliena: & claret hic memoria dulcis servitutis insignibus, dum Christus proponitur sub diversis speciebus. Ad voluntatem pertinet indifferencia, quia sine libertate omnia munia involuntaria: & in Sacramento Corporis Christi voluntas lucendam exhibet servitatem: quia bonum famam, uti summum bonum à libertate subripit libertatem. Ad intellectum spectat denique comprehendere, quod cognoscit: & ultro in augustiore Sacramento cedit: quippe haud esset incomprehensibilis Eucharistia percipio, ni maneret cognoscens sine facultate subtilior ratio. Hic est triumphus Eucharistia, ubi spiritus ligantur alz; quoniam cedunt obsequiosè tres potentia. Erit ne Virgini huiusmodi servitus? Et etiam videmus. Propter Filium cæcè subiecit rationem, uti diximus *Tautolog. 5. Didasc. 9.* Propter Spontaneè voluntatem, sicut diversivinus supr. Ad memoriam? Propter se. Verum quomodo? Facit.

14 Exilium populi lamentatur Ieremias, uti notant plures hic. Leges Sanctium: & gemitus imo de pectore profertens, inquit: *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea*. Huius cladis Israël, ubi eminet transmigration, *Memoria memor*

ero. Quis memor sine memoria, ut memoria recolarit transmigrationis lamentabilis pœna? Ad quid igitur facultas innotuit potentia, si patet necessaria, vel in exhibitione levi exercitij? Proman. Est memoria servitutis, & est servitus memoria. Primà patitur corpus, secundà cruciatur animus. Corpus, quia moritur, & patet terra. Animus, quia urgetur, & tabescit anima: unde in hoc labyrintho cruciaminum (ubi exponitur exilium) animam exhibet, & intinè faciãsq; quippe propter exilium memoriam etiam contemplantur servam.

Clarius cum causa. Philosophi haud distinguunt memoriam intellectivam ab intellectu, nisi penes expressionem retentionis habitualis specierum (quasi è thesauro præteritorum, ut præteritorum) cuius actus est intelligentia, qui nascitur a memoria. Ita D. Th. 1. p. q. 79. art. 7. in corp. Memor esse cum memoria, est scire pœnam, & ignorare cruciaminum finem. Memor esse cum intellectu, est scire cum sine labore: & in servitute propter exilium filiorum Israël, quæ tabescebat anima, memor est Propheta memoria; quia licet populum videbat à patria exilem, nesciebat in exilio exilij consummationem. *Alligatus Spiritu vado in Ierusalem, que in ea ventura sunt mihi ignorans*: dicebat Paulus. Spiritu alligatus: Utique: corpus enim, & non anima constringeretur ita diris catenis, ni ignoraret in labore, est summo, finem laboris.

15 In Ægyptum peregrinantur Maria, & locia memoria serva. Unde ergo servitus etiam memoriae in tanta calamitate? Dicit Mattheus. Decretum ab Angelo intimatur Iosepho (cuius per illum particeps Virgo) qui audivit: *Fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi*. Patent vincula memoriz. Hoc erat gladius pendulus à Dionysio tyranno excogitatus, saxum Phlegya, roca Ixionis (ubi pœna irruit, sequiturque sequentem) digitique manus scribeutis contra candelabrum vitæ, quin legerentur characteres in subsidium animæ. *Uque dum dicam tibi*? Summus dolor. Si finis cognoscereur exilij gravis, memor esset Virgo exilij cum potentia intellectiois: & memor est anima tabescens memoria, in singulari relegationis circumstantia; quippequam memoriz semper prævalebat servitus, usque dum diceret Angelus. Haud interrogavit: *Quando hæc erunt? Quod signum adventus tui*? Remissior esset perfectio cum scientia finis perfectionum. Gravior est malum: & celantur in exilio momenta temporis, ut memoria retrudatur in vinculum servitutis.

Quid in-  
ter me-  
moriam  
servitu-  
tis, & ser-  
vitutem me-  
moriz?

Ignoran-  
tia finis  
laborum,  
acrius  
tormenta.

A Q. 20.  
22.

Matt. 24  
13.

Summus  
dolor.

On-

Quod non dedit fortuna, non eripit.

1 Nquit Seneca *Epist. 59.* Habet potestatem in munera, nò in merita. Unde Menander ingeniosè, & merito canit: *Miserabilis est gloria vana nihil*. Improbè dignus honoris spectare poterit gloriam, ni fuerit cacumen extra fortunam. Rutilat splendor dignitatum, si habet fundamentum in columna meritorum. *Non erunt honores unquam fortuiti muneris*. Concinnit Aufonius in *Ludo sept. Sapient.* Quicquid fortuitum, non est honoris, quantumvis habeat auctoramentum muneris: quia nequit esse meritorum gloria, quod omnino pendet à furiosa fortuna: dignus enim non gloriaretur quamapte meritis, si gloriaretur fortuitis.

Substitut animo descriptio munerum facta à Luca. *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Casaris*, & cætera cætera sceleratorum, *Sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium*. Nihil Evangelista de Ioannis dignitate loquitur, quam relictis cognoscebat superiorem; & referens indignam reliquorum dignitatem. Cur ergo de digno dignitas subicitur, dum indignorum sublimitas predicatur? Ut aliquis ignotum cognosceatur ab homine, exponitur sensibus quod magis insigne: & Ioannis Præcursoris prætermittit dignitas, ubi sceleratorum grandis profertur maiestas; quia indigni cognosceantur dignitatibus, verum qui digni, cognosceantur operibus. Vernacule: *Unos por la dignidad, otros por el proceder*. Ioannes predicacione, poenitentia, sanctitate; Annas, & Caiphas sacerdotio, Tiberius imperio, & reliqui principatu. Vergebat in interitum regnum Israël; sed (ait Egellippus de *Excid. Hier. cap. 6.*) quod sacerdotia, & pontificatus maximus non nisi ad homines ineptos, indoctos, atque avaros desierunt. Plures meritorum commendationes, sed nulla merita: ampla culmina, sed ampliora vitia: inepti, indocti; sed electi. Tot habuerunt suffragia, quod sceleratorum stigmata, quot flagitia: & predicatio Ioannis tantum dicitur, cum splendor criminoforum in caduro describitur; quoniam digni fulgent meritis, & indigni splendore dignitatis. Fallor sanè. Satiùs dixerim,

Psa'm.  
119. 6.  
Calsio.

Anima  
servitus.

Geneb.  
Et capti-  
vitas me-  
moriz.

A Qor.  
ubi sup.

Alap.

16 Omnis creatura ingemiscit, & paritur usque adhuc. Quid ergo? Dicit querulus David: *Multum incola fuit anima mea*. De exilio queritur, quia non solum longus, sed & gravis: ait hic Calsiodorus. Longus, & gravis, crescente anima servitute in exilio; ex exilij cruciamine, cum locia cogitatione. Insunt in incolatu signa cruciaminis, verum non consummationis; & nullum acrius tormentum inter acerba pœnarum, quam ignorare in exilio. Quando hæc erant? De incolatu animæ in corpore intelligit Lyra hic huiusmodi querimoniam. Aprè quidem: omnes enim peregrinamur à Domino, quousque in patriam perveniamus favore mortalitatis, quippe peregrinatio brevis, aut longa iuxta vitam hominis: & Vates Regius non ita queritur de incolatu peregrinationis, sicut de gravitate longissimæ servitutis: quippe in exilio vitæ, præstat maior molestiarum; ignorete, quando vel ubi consummandum vitæ exilium.

Exilium dantaxat à Davide dicitur, & servitus dira à Genebrardo peregrinatio signatur: *De captivitate propter absentiam terra sanctæ*. Absentia terræ sanctæ, licet alta mente reponatur in memoria, est tantum exilij pœna: quomodo ergo dolor peregrinationis, innotescit tormentum captivitatis? In exilio sustinet pœnam memoria, ignoto sine peregrinationis: & memoria manet serva; igitur cum ignoret temporis exilij finem, exilium in anima pertransit captivitatem.

17 Adhuc exponenda magis auctoritas Pauli. Vadit *alligatus spiritus in Ierusalem, ignorans*. Cur ergo ignorans, & ita ligatus vadit in Ierusalem? *Ut ante migrationem Beatam Virginem salutaret*: inquit Alapide hic, & cap. 21. vers. 17. Quid ergo ex conspectu Virginis profectus Gentium Doctoris? Perpende: Sciebat Paulus servitute corporis in miseria carnis: ideo dicit, *Vincula, & tribulationes*. Nesciebat servitute mentis: quapropter addit, *Que venter sunt ignorans*. Haud poterat simul captivitatem, & libertatem animæ in semetipso concipere: & transijt in Ierusalem, ut videret faciem Dei genitricis, in cuius anima inerat huius exemplar singularis servitutis: igitur cum Angelus exilij haud prænuunciaret finem animæ ex exilio propter absentiam terræ sanctæ transijt in captivitatem.

\*\*\*  
\*\*\*

Seneca

Menand.  
Seri. potest in munera, non in merita. Ostar. Strad. Aufon. Non est meritorum gloria, quæ pendet à fortuna.

Luc. 22.  
1. 2.

Indigni cognosceantur dignitatibus, & digni operibus.

Egellip.

Videntur indigni in speculo honoris.